

**Praxis Iurispatronatvs Acquirendi, conseruandiq[ue] illud;  
ac amittendi modos breuiter continens**

**Viviani, Giuliano**

**Romae, 1620**

Cap. 2. per institutionem quid transferatur in institutum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61772)

256 Pars II.Lib.XIII.Cap.I.

ritur forma. Lambertin. de iure patronat. lib. 2. parte 3. quæst. 11. art. 1. Et in Capitulo Pisano habetur certa forma tradendi institutionem beneficiorum existentium ad dicti Capituli institutionem.

4 Quamuis † autem in institutione non sit necessaria scriptura, tamen bene est eam adhibere: & in praxi institutio semper fit cum interuentu Notarij, & in præsentia duorum testium: & ita semper institutio probari potest: gratia † autem Apostolica non

probatur nisi per litteras Apostolicas. vide Lambertin. vbi supra artic. 3.

6 Instituit autem potest presentis, & absens mediante eius procuratore habente ad hoc speciale mandatum. cap. accedens. de præben. Et institutus † non potest dicere beneficium suum esse, antequā illud acceptet. cap. si tibi absenti. de præben. lib. 6. vbi no-

8 tat Dominic. Et eo † casu potest esse procurator etiam laicus. Abb. in dicto cap. accedens. num. 6.

C A P V T S E C V N D V M.

Per institutionem quid transferatur in institutum.

S V M M A R I V M .

1 Possessio corporalis beneficij non transfertur in institutum per institutionem.

2 Sed plenum ius.

3 Praxis, ut institutus accedit ad beneficium, ut possessionem apprehendat.

4 Institutus ante acceptam corporalem possessionem non

potest administrare.

5 Actus fieri soliti in apprehensione possessionis.

6 Stylus Pisanae Diœcesis in tali apprehensione.

7 Institutio Clandestina non valet.

1 Per institutionem † non transfertur corporalis posse-

cessio beneficij in institutum.  
Abb. in cap. cum Bertoldus.  
num. 3. de re iudic. gloss. in  
cap. per tuas. in verbo in pos-  
sessione. de donat. Bene ve-  
rum est, quod † per institutio-  
nem plenum ius transfertur  
in institutum, & beneficiatum  
etiam absque corporali ap-  
prehensione. Rocch. de Cur-  
te. de iurepatronat. in verbo  
ius. quæst. 5. Sed in † praxi  
vſus est inueteratus, vt habi-  
ta institutione institutus per-  
sonaliter accedat ad benefi-  
cium, siue sit ecclesia, siue  
altare, de manu alicuius cle-  
ri corporalem possessionem  
apprehendat, & ita solet ap-  
poni in litteris institutionum.  
vide Lambertin. de iurepatr.  
lib. 2. par. 3. quæst. 11. art. 6.  
4 Et nunquid possit † institutus  
administrare ante appre-  
hensionem dictæ possessionis, seu  
installationem, in hoc casu  
seruetur consuetudo loci.  
5 Actus autem, † qui solent

fieri in apprehensione talis  
corporalis possessionis, sunt, vt  
institutus sedeat in sede Re-  
ctoris, tangat altare, pulset  
campanas, & ianuam ape-  
riat, & claudat, vel similia  
faciat. vide Lambertin. vbi  
6 supra art. 7. & 8. Et Pisis † in  
praxi seruatur, vt institutus  
accedens ad ecclesiam faciat  
prædicta præsentibus testi-  
bus, & aliquando præsente  
etiam Notario: & clericus,  
qui immisit institutum in  
corporalem possessionem, di-  
cit orationem Sancti, sub cu-  
ijs titulo ecclesia, seu altare  
decoratur, & postea scriptam  
facit attestationem talis da-  
tæ, & apprehensiæ possessio-  
nis, nominando testes in ea,  
qui præsentes fuerunt, vel de  
ea fit instrumentum publi-  
cum à Notario. Et addas,  
7 quod † si institutio fiat clan-  
destine, ita ut probari nequeat  
inualida est. Lambertin. vbi  
supra artic. 13.



*Praxis iurispatron.*

R C A-